

*Seneca N.* tatione pallescere, utique si vitro inclusus spectetur, a Seneca et Plinio proditum est. *Caput* habet repandum, multis velut cancellis aureis exornatum, in quo *spinam* Cani similem, quae renibus apposita, miro fit remedio, Marcellus Empiricus asserit. *Os* parvum, edentulum, *oculos* mediocriter rufos, in Aldrovandi ex Hispania misso, nigricant. Duo *cirri* cutacei albi in quibusdam, in nonnullis rubri, molles, rotundi, longi, atque barbae similitudinem gerentes propendent. *Branchiae* utrinque sunt quaternae, ad quas pinnae sunt duae aurei coloris, in ventre totidem candidae; a podice rufus alia; in tergore duae, prior ex firmioribus, posterior mollioribus aculeis constat.

*Scalig.*  
*Exerc. 226.*  
*l. 15.*

*Cauda* rubet, et in lunatam pinnam degenerat, ac propterea laterum pinnas, velut in acutum tendere Bellonius autumat. *Interiora* si spectes, gula est parva. *Ventriculus* cum innumeris appendicibus itidem, *hepar* ex albo rubescit, *Splen* exiguis est et nigricat. Scaliger, sinistro illud ventriculi lateri adjacere, dextro hunc, scribit. *Intestina* sunt mediocria; *cor* triangulare.

*Quae huic adscripsimus Minori quoque Salviani Mullo convenientia, hoc discrepat, quod purpureo pingatur, aureis lineis careat, et lituris quibusdam flavis ac liventibus notetur, et squammis modico contactu deciduis uestiatur.*

*Plin. H.N.*  
*l. 9. c. 17.*

*De Loco* ambigitur inter Authores. Septentrionali Oceano et proxima occidentis parte gigni Plinius dixit; Galeno sunt pelagii. Oppiano modo χθαμαλοῖς παρειγναλοῖς νέμονται humilia prope littora degunt: modo inter saxatiles cum Seneca referuntur; nec abludit Aelianus, λεπρώδεις ei a loco, quem incolunt non nulli, πέργας λεπτάς καὶ ἀγκαῖς minuta et rara tuberculata, aspera illa habere, scribit.

*Aelian. H.*  
*A. l. 2. c. 41.*

Per incerta maris spatia vagari, et circa littora, eorundemque saxa, ut plurimum vel quosdam duntaxat d gere, verisimile videtur. Sane im-

berbem inter saxatiles numerat Xe- *Aelian. H.*  
*A. l. 1. c. 26.*  
nocrates, et Cantharo στρητὸς tribuit *Oppian.*  
Aelianus; πέτρησιν δὲ λεπεχοῖς μέμηλε, *Hal. lib. 3.*  
petris semper aſperis delectatur apud *v. 340.*  
Oppianum idem: quam tamen littoralibus annumerare Aristoteles non *Arist. H.A.*  
*l. 8. c. 31.* dubitavit.

*Procreantur* et in marinis lacubus, *Varro R.R.* detinuit et in vivariis Hortensius ad *l. 3. c. 17.* Baulos, et majorem sibi habebat curram, ne ipsius esurirent Mulli, quam Varro se habere profitetur, ne sūi in rosea esurirent alini. *Gregalis* est et autumno viget. *Pamphagi* sunt, et praeter coenum, unde ipsi Sargus, comes, ostrea, algam, et conchas, quibus apertis inhiant, piscium et hominum cadaveribus vescuntur, et μᾶλλον τοῖς μεριαστέροις καὶ κακόσμοις φλέσσοι, *magis* sordidissimis et male olentibus, adde betarum folia, deletantur. De cadaveribus apud Oppianum et Aelianum legimus, et vindicatur id pugnae navales et naufragia, quae magna copia subsequi solent, Rittershusio declarare. Antiphanes tamen inter Helenae cibos, quod homines non infectarentur posuit. Pisces infectari nullum dubium Orphum ἐπέφηνε inquit Oppianus.

*Vescitur lepore marino unum tantum animalium ut non intereat nullus piscis, tenerascit duntaxat et ingratis viliorque fit, verba sunt Plinii. Plin. H.N.* Dum itaque carnivorum Aristoteles *l. 9. c. 17. et 15.* negat, ex iis, qui vel praeter carnes nihil attingunt, vel viva tantum maris animalia venantur, eximere videtur.

Ter parere anno constans est Authorum opinio, his certe toties foetura appetet. Aristoteles ἐπὶ τῷ πηλῷ οὐδὲ διὸ οὐχεὶ τίκλῳ πολὺν γάρ χρόνον ὁπῆλος ψυχέσσειν, in coeno, itaque sero parere, diu enim frigidum est, addidit, solus Aelianus apud Aldrovandum, sterilem reddi postquam ter pepererit, natis in utero vermiculis, qui semen exedunt, prodit, quod mihi nondum apud eundem invenire contigit. *Antipathiam* cum lepore marino habere ex praecedentibus cognosci potuit; addit Aphrodisaeus Torpedinem, cuius viribus stupefactis ista resistere creditur.

Insignis